

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Eminentissimo ac Reverendissimo Principi Julio Suae Reuerentiae Eminentissimae Cardinali Mazarino.

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<1v>

1646.

[6. 4. 13. in marg.] Eminentissimo ac Reverendissimo Principi Julio Suae Reuerentiae Eminentissimae Cardinali Mazarino.

<I>n multos iam annos restituendae veterum Musicae [musicae ante corr.], quoad per domesticas aut grauiores occupationes licuit, non mediocrem operam impenderim: neque editis ea super re libris tantum proficerim, quantum vel illius iucunditas, vel novitas, vel necessitas postulare videbatur, sive quod sermone vernaculo in gratiam nostratium Artificum concepti [conceptj ante corr.] a me fuere; qui ut vera dicam destituuntur ferme ijs litteraturae subsidijs, quae com ad eos probe intelligendos, tum ad hanc artem pro ipsius dignitate imitandam [Imitandam ante corr.] praenecessaria sunt; sive quod doctiores etiam verum in reconditoribus eiusmodi studijs parum exercitati minus fortasse, quam par est, hac in parte tribuant antiquis, nostroque [[s<...>]] [huic corr. supra lin.] saeculo paulo impensius favent, quam longe istorum ratio a vero aberret primo quoque tempore demonstrandum putavi. Multis igitur atque ijs, ut arbitror, non infimis rationibus: quanto intervallo veterum musicorum vel industria vel felicitas, Recentium diligentiam anteceperit, tribus hisce libellis, Eminentissime Cardinalis, satis copiose, ut opinor, probavi, nec minus, ut reor, fideliter seduloque collegi atque digessi [digesti ante corr.]; quae adversus meam sententiam a nonnullis disputari solent, ut nemo me nimio [-<f.1v>-] vetustatis amore aut studiorum meorum fiducia praeuocatum esse suspicari posset. Hic desunt aliqua in Doniano autographo. [signum] da capo.

Florentiae 11. Nonis Ianuarij MDCXLVI. [MSCXLVII. ante corr.]

[signum] Hanc igitur meam lucubrationem ut felicissimis nominis tui auspiciis in publicum exire conc<u>piuerim, multa me impulerunt, nempe, ut quemadmodum donaria templis appensa, quamvis saepe vilia et consumpta, pretiu<m> ac decus ex ipsa sanctitate loci comparare solent; sic et [[illa]] [ea corr. supra lin.], quamquam per se vulgaria et neglecta, clarissima tui luce illustriora fiant, multoque plus dignitatis acquirant; et cui in amplissimo i<.> Regno ob summam auctoritatem et gratia<m> quam meritis in illud maximis consecutus es, gratificari studeat, et aduersus malign<o>rum obtrectationes tutior ac munitior sit. Multa sequuntur ex tempore cele<ri> scripta, et quidem confusa.